debet ex Coll. Adv. Conf. CVI. §. 31. pag. 229.  
CONCURSUS habendi pro collatione Ecclesiæ Parochia-  
lium, leges prescribuntur. LXVIII. §. 7. pag. 123.  
Infra certum tempus indicendus est; & qua forma fieri  
debeat. *ibid.* §. 16. pag. 124. v. *Requisita*. v. *Appellatio*  
*ab irrat. jud. Episcopi*.  
Concursus pro collatione Ecclesiæ a Sede Apostolica con-  
ferenda, ab Ordinariis indici, & compleri potest, abs-  
que peculiari licentia. *ibid.* §. 19. pag. 125.  
Qua ratione admitti possint ad concursum Canonici La-  
teran. aut Sanctiss. Salvatoris. CXXXV. §. 21. pag.  
309.  
Concursus pro Collatione Lectura, seu Cathedra Archi-  
gymnasi Urbis quomodo habendus. CVI. §. 21. pag.  
226.  
CONFESSARIIS sollicitantes ad turpia canonicas poenias sub-  
jiciuntur. XX. §. 1. pag. 32. & seq.  
Quibus in casibus hujusmodi poena locum habeant. *ibid.*  
Sollicitati a Confessariis ad turpia, eos denunciare tenen-  
tur, alias absolutionis incapaces se reddunt. *ibid.* §. 2.  
pag. 33.  
Confessarii sollicitantes, præter poenas alias à jure statut-  
tas, perpetuam inhabilitationem incurront ad celebra-  
tionem Sacrificii Missæ, pag. 280. 281.  
Constitutio contra sollicitantes a Græcis quoque obser-  
vari debet. LVII. §. 9. pag. 101.  
Confessariorum Calumniatores quoad sollicitationes, pri-  
vantur beneficio absolutionis. XX. §. 3. pag. 33.  
Confessarii privantur facultatibus quoad complices in  
peccato contra castitatem, extra articulum mortis, &  
casum extremae necessitatis, sub poena excommunicationis &c. *ibid.* §. 4.

Bullarii Romani Contin. Pars X.

Etiam tempore Jubilæi, & ratione cuiuscumque Indulti.  
XX. §. 4. pag. 33.  
Confessarii jubentur abstinere ab audienda Confessione  
personæ complicis in peccato turpi, etiam in articulo  
mortis constituta, ubi aliis quilibet Sacerdos haberet  
possit. CXX. §. 2. pag. 280.  
Nisi tamen adsit verum & inevitabile periculum infamiae,  
vel scandali, ex hujusmodi accessu alterius Sacerdotis.  
*ibid.* §. 3.  
Id vero periculum præverti, vel removeri, pro viribus  
debet. *ibid.*  
Absolventes tamen personam complicem in hujusmodi  
articulo constitutam, etiam absque tali necessitate,  
valide absolvunt. *ibid.* §. 4. pag. 280.  
Sed poenæ & censuras incurunt. *ibid.*  
Confessarii interdicuntur exquirere a penitentibus nomina  
complicum, sive Sociorum in criminis. CXXXIII. pag.  
304. & seq.  
Confessariorum facultates occasione Jubilæi. I. §. 4. pag. 2.  
& Conf. CX. §. 4. pag. 255.  
Confessariorum facultates in vim Bullæ Cruciatæ. LXXXVI.  
§. 8. 10. pag. 165.  
Confessarius electus in vim Bullæ Cruciatæ pro absolutione  
a Censuris & peccatis reservatis, approbatus esse debet  
ab Ordinario Loci in quo Confessiones excipit. §. 2.  
pag. 204. 205.  
Quod extenditur ad alia Indulta similia. *ibid.* §. 5. pag.  
205.  
Et declaratur comprehendere omnes Personas in Indulso  
comprehensas, etiam Regulares. *ibid.* §. 6. pag. 206.  
Sub poena nullitatis absolutionis, *ibid.*  
Confessarius Absolvens absque approbatione Ordinarii  
Loci, poenam suspensionis incurrit. *ibid.* §. 2. pag.  
204. 205.  
Confessarii quotannis vacare debent exercitiis spiritualibus,  
II. 3. pag. 3.  
CONFSSIONES Sacramentales factæ Sacerdoti actu non ap-  
probato ab Ordinario Loci, & absolutiones impertita,  
nullæ declarantur. §. 2. pag. 204. 205.  
Confessionem Sacramentalem audientes, qui reperti fuer-  
int ad Presbyteratum non promoti, Curia Seculari tra-  
duntur etiam pro prima vice; prævia degradatione, si  
alium Ordinem habuerint. XCVII. §. 8. pag. 197.  
Dummodo absolutionis formam protulerint. *ibid.*  
Quam si non protulerint, mitiori poena damnari possint.  
*ibid.* v. *Ordinatio*.  
Confessiones Cappuccinorum Confessariis extraneis per-  
mittuntur, deficiente Confessario ejusdem Ordinis.  
XLIX. pag. 82.  
Confessiones simultaneæ Virorum & Uxorium apud Græ-  
cos improbabuntur. LVII. §. 5. pag. 97.  
v. *Penitentia Sacramentum*.  
CONFESSIO REORUM non requiritur, quando convicti sint  
per indicia indubitate, LXXI. pag. 128.  
CONFIRMATIO APOTOLICA Erectionis sex Officiorum Ec-  
clesiasticorum in Ordine Equestri S. Georgii in Bavaria.  
XXXII. pag. 47.  
Militia S. Januarii. XXIV. pag. 37.  
Et Synodi Nationalis Maronitarum, XXXI. pag. 45.  
Confirmatio Apostolica in forma communis nihil addit ei  
quod confirmatur. LXXVI. §. 13. pag. 144.  
CONFIRMATIONIS administratio delegari potest simplici  
Sacerdoti per Indultum Apostolicum, ubi concurrat  
necessitas Fidelium, & difficultas habendi Episcopum.  
CXXIX. §. 8. pag. 293.  
Semper tamen adhiberi debet Chrisma ab Episcopo rite  
benedictum. *ibid.*  
Confirmationis Sacramentum a Presbyteris Italo-Græcis  
conferri nequit. LVII. §. 2. & 5. pag. 95. 96. 97.  
Proindeque ab Episcopis conferendum est absolute iis,  
qui ab hujusmodi Presbyteris Chrismate consignati fue-  
rint. *ibid.* pag. 97.  
Quando vero sub conditione. *ibid.*  
Confirmationis Sacramentum in Ecclesia Occidentalî  
conferri nequit ante usum rationis. CXXIX. §. 6. pag.  
293.  
Ne quidem a Græcis commorantibus in Italia, & Insula-  
lis adjacen. LVII. §. 2. pag. 95., & Conf. CXXIX.  
§. 4. pag. 293.

G g

Aliud

- Aliud obtinet apud Græcos in Oriente degentes, ex tolerantia Sedis Apostolicae, CXXIX. §. 4. pag. 293.  
 Item apud Coptos. *ibid.*  
 Ubi etiam idem simplex Sacerdos ministrare solet Infantibus Baptismum, & Confirmationem. *ibid.*  
 Ecclesia Latina morem improbare non licet. *ibid.* §. 6. 7. pag. 293.  
 Confirmationis Sacramentum conferri non debet pueris parum instrutis in Doctrina Christiana. XLII. §. 9. pag. 65.  
 Confirmationis Sacramentum ministrare potest Episcopus in Ecclesiis Regularium tam Parochialibus, quam non Parochialibus, in sacra visitatione, & extra illam. CIX. §. 6. pag. 251.  
 Confirmationis Sacramentum conferri potest a P. Custode, & Guardiano S. Sepulchri, absentibus Episcopis Latini Ritus. X. pag. 17. 18.  
 Ab eodem potest sub conditione conferri Græcis-Melchitis a simplici Sacerdote confirmatis, absente Episcopo Græco Cathol. LXXXVII. §. 14. pag. 169.  
**CONFUCII** cultus Christianis Sinen, omnino prohibetur. LIX. §. 10. pag. 107.  
**CONGREGATIO** Particularis super delectu promovendorum ad Archiepiscopatus, & Episcopatus erigitur. V. pag. 7.  
**Congregatio** particularis erigitur pro excipiendo examinandoque Relationibus Episcoporum &c. super Statibus Ecclesiis. VIII. pag. 16.  
**Congregatio** particularis pro Reformatione Tribunalium Urbis a Summo Pontifice deputatur. CXV. §. 2. pag. 268.  
 Ejus Decreta publicantur. *ibid.* per tot.  
**Congregationis** Firmanæ nova forma constituitur. IV. pag. 5.  
**Congregationis** Concilii instrutio pro Episcopis, aliisque Praefulibus, super modo conficiendi relationem status suarum Ecclesiis, pag. 13. & seq.  
**Congregationis** Lauretana Decretorum Synopsis, ubi plura de ejus autoritate, pag. 131.  
**Congregationum** generalium S. R. E. Cardinalium facultates reducuntur ad terminos earum Institutionis, & veterum Decretorum. XLIV. §. 19. pag. 72.  
**CONSECRATIO** Hostiar, sive Particula ex Sacro Depositorio seu Tabernaculo, ex Sac. Pixide aut Ostensorio subreptæ &c. non est probanda a Fisco, sed a Reo per legitimas probationes excludenda. XCIII. §. 4. pag. 181. v. *Surripientes*.  
**CONSECRATIO** Jo. Petri Meindarts Pseudo-Archiepiscopi Ultrajectensis damnatur. XI. §. 3. pag. 18. v. *Ultrajecti*.  
**Consecratio** Hieronymi de Bock Pseudo-Episcopi Harlemonis illicita & illegitima declaratur. LXX. §. 4. pag. 128.  
**Consecratio** Joannis Van-Stiphout Harlemonis pariter Pseudo-Episcopi illicita & illegitima declaratur. CXXXVI. pag. 311. v. *Harlemonis*.  
**CONSERVATORES** Camera Urbis ex Nobilium Romanorum cœtu eligendi. CXLVI. §. 11. pag. 340.  
**CONSERVATORIA** Privilegium. v. *Fòri privilegium*.  
**CONSILIA** Nobil. Romanor. extra consuetas occasions congregari nequeunt absque assensu Pontis. CXLVI. §. 13. pag. 340.  
 Nec licet ulli, prater solitos iis interesse. *ibid.*  
**CONSILIARI** Camera Capitolina Sede Apostol. Vacante ex Nobil. Romanor. cœtu eligendi. CXLVI. §. 11. pag. 340.  
**CONSISTORIALIA** Acta pro concessione Pallii Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum. pag. 179. & seqq.  
 Item pro approbatione Synodi Maronitarum, & pro concessione Pallii eorum Patriarchas. pag. 181.  
**In Consistorio** omnes Petitiones, infirmitas, causarum perorationes, ab Advocatis Consistorialibus fieri debent. CVI. §. 17. pag. 225.  
**CONSTITUTIO** Pii IV. super exemptione bonorum Clericorum in Urbe, & Curia decentium, a spolio, limitatur quoad bona per negotiationem acquista. XIII. §. 3. pag. 20.  
**Constitutio** ejusdem contra Clericos Negotiatores confirmatur. XIII. §. 1. pag. 19. 20.  
**Constitutio** Sixti V. de Liminibus Apostolorum visitandis ab Episcopis &c. confirmatur; & ampliatur ad inferiores Praelatos jurisdictionem Episcopalem habentes. VII. §. 4. pag. 11. & *Conf. VIII.* §. 1. pag. 16.  
**Constitutio** Innocentii XII. super Reformatione Tribunalium Urbis confirmatur & innovatur. XLIV. pag. 69.  
**Constitutio** Clementis XI. super Ritibus Sinen. incip. Ex illa die refertur, & confirmatur in omnibus. LIX. §. 1. seqq. pag. 106. 107.  
**Constitutio** Unigenitus. v. *Refractarii*.  
**Constitutio** Clematis XII. contra Homicidas, quod Immunitatem personalem & localem, extenditur ad loca dominii Reip. Lucana. LXXXVIII. pag. 170.  
**CONSULATUVM** jurisdictiones extinguuntur. XLIV. §. 9. pag. 70. 71.  
 Excepto Consulatu Agriculturæ. *ibid.*  
**CONSULES** Artis Agriculturæ ex Nob. Romanor. cœtu eligendi. CXLVI. §. 11. pag. 340.  
**CONTINENTIA** servanda est a Græcis Presbyteris per Hebdomadam, vel per triduum ante celebrationem Missæ. LVII. §. 7. pag. 98. & seqq.  
**CONTRACTUS** illiciti, alii ob usura labem, alii ob excessum fructuum conuentorum. CXLIII. §. 3. pag. 328.  
 In contractibus ineundis quænam Cautela servari debeant, *ibid.* §. 7. pag. 329.  
**Contractus** Mulierum, Pupillorum, Minorum. v. *Decreta jurisdictionis voluntariae*.  
**CONVERSANTI** Episcopi jurisdictione in Oppidum Putiniani definitur. LXXVI. §. 17. pag. 145.  
**CONVICTI** Reo per indicia indubitate, sicut non confessi, ad poenam ordinariam damnari possunt. LXXI. pag. 128.  
**COPHTICI** Ritus Fideles recens conversi subjiciuntur jurisdictioni Episcopi Hierosolymitani ejusdem Ritus. XXV. pag. 38.  
**Cophorum Nationis** merita in S. Sedem. CXXIX. §. 1. pag. 292.  
 Dubia ad Cophorum ritus & causas pertinentia. CXXIX. §. 3. pag. 292.  
 Eorum mos conferendi Sacramentum Confirmationis Infantibus statim post baptismum. *ibid.* §. 4. pag. 293.  
 Et quidem per ministerium simplicis Sacerdotis. *ibid.* v. *Confirmatio*.  
 Item ordinandi Diaconos in infantili aetate. *ibid.* 17. 18. pag. 294. v. *Ordinatio. v. Diaconi*.  
**CORPORIS CHRISTI** solemnitas. v. *Procescio generalis*.  
**CORRECTOR** Penitentiariæ Apostolicæ, ejusque officium. XCVI. §. 13. pag. 192.  
**CORSICA** perturbationes memorantur occasione Beatificationis B. Alex. Sauli olim Aleræ Episcopi. XVII. pag. 27.  
**CORYCENTIS** Episcopus, Hilarius Cofta, Vicarius Apostolicus in Regno Tunchini Orientalis, ablegatur in Cincinchinam. CXI. pag. 255. v. *Cocinchina*.  
**COSTA.** v. *Corycentis*.  
**CRESCENTIA** Soror cum fama sanctitatis defuncta Kauffburg in Germania. CXLI. pag. 318.  
 Ejus actiones expenduntur. *ibid.* per tot.  
**CROCEUS** succus superstitionis apud Malabares. CVII. §. 3. pag. 231. 232. v. *Ritus Malabarici*.  
**CRUCIATE** INDULTA conceduntur Militia Hierosolymitana ejusque subditis. LXXXVI. pag. 163.  
 Commissarius hujusmodi Cruciatæ deputatur, cum facultatibus, quas vide *ibid.* §. 14. pag. 166.  
 Cruciatæ Bulla non tribuit Sacerdoti facultatem excipiendi Confessionem personæ complicitis in peccato turpi. XX. §. 5. pag. 34.  
 Cruciatæ Indultum quoad electionem Confessarii, non derogat Concil. Tridentino, & Confit. Apostolicis, de approbatione Confessarii ab Ordinario obtainenda. C. §. 2. pag. 204. 205.  
 Non suffragatur Regularibus quoad electionem Confessarii pro absolut. a cens. & pecc. reserv. *ibid.* §. 7. pag. 206.  
 Quomodo interpretandum in eo quod respicit jejunii leges. XCIX. §. 1. pag. 203.  
**CRUCIS** elevatio more Archiepiscopi, conceditur Episcopo Eysteten. CXXXIII. pag. 304.  
**CRUCIS FIXIO** Græci Patriarchæ nomine, in fundatione Monasterii, operatur, ut ab Ordinarii jurisdictione exemptum, & Patriarchæ immediate subjectum remaneat. XCVIII. §. 19. pag. 201.

CUJACII emendatio in Textu S. Augustini relat. in *Can.*  
denique **31.** quæf. **1.**, refellitur. **CXIII.** §. **22.** pag. **264.**  
**CULTUS IMMEMORABILIS.** V. *Approbatio Cultus.*  
**CUPERSANEN.** V. *Conversana.*  
CURA ANIMARUM quibus demandari debeat. **II.** §. **3.** p. **3.**  
Curam Animarum exercentes in Ecclesiis Regularium,  
quamvis ipsi sint Regulares, substante visitatione & cor-  
rectione Episcopi, in his quæ pertinent ad dictam curam &  
Sacram administrationem. **CIX.** §. **2.** pag. **250.**  
**V. Parochus.** V. *Regularis.*  
**CURSUS.** V. *Lucta.*  
**CUSTOS** S. Sepulchri. V. *Guardianus.*

## D

**DÆMONES** naturalibus remediis expelli nequeunt.  
**CXLI.** §. **42.** pag. **323.**  
**DATARIA APOSTOLICA.** Quænam gratiarum genera per  
Datariam Apostolicam privative expediri debeant sub  
peña nullitatis. **CXLV.** §. **7.** pag. **336.**  
Quænam promiscue per Datariam, & per Secretariam  
Brevium expediri possint. *ibid.* §. **6.**  
**DATARIUS** *Penitentiaria ejusque munus.* **XCVI.** §. **14.**  
pag. **192.**  
**DECANUS** Advocatorum Consistorialium in actibus Colle-  
gialibus præcedit omnibus de Collegio, etiam Epis-  
copatu, vel Prælatura insignitis. **XCVIII.** §. **16.** p. **200.**  
**201.** V. *Advocati Consistoriales.*  
**Decani** Collegii S. R. E. *Cardinalium* jurisdictio, ratione  
Episcopatum Ostien. & Velerinen. præservatur in sup-  
pressione Tribunalium particularium Urbis. **XLIV.** §. **26.**  
pag. **73.**  
**DECRETALES** Gregorii IX. habent vim legis, ita, ut ja-  
cent. **CXIII.** §. **9.** & **13.** pag. **262.**  
Amplia, etiam in aliquo discrepare dignoscerentur a  
Decretalibus integris, prout a præcedentibus Pontifici-  
bus edite fuerant. *ibid.*  
In Decretalibus, in Sexto, in Clementinis, multa refe-  
cata sunt, auctoritate Pontificum. *ibid.* §. **10.** p. **262.**  
**DECRETALES** explicata, conciliata, illustrata.  
Cap. *Cum haberet. De eo qui duxit in matrim.* &c. **CXIII.**  
§. **26.** pag. **265.**  
Cap. *Propositum. De eo qui duxit in matrim.* &c. *ibid.*  
§. **32.** pag. **265.**  
Cap. *Significasti. De eo qui duxit in matrim.* &c. *ibid.*  
§. **25.** pag. **264.**  
Cap. *Tanta. Qui Filii sunt legitimi.* *ibid.* §. **15.** & **16.**  
pag. **263.** & §. **39.** pag. **266.**  
Cap. *Quod Dei timorem. De statu Monachorum.* **CXXXV.**  
per tot. pag. **305.** & seq.  
**DECRETA** jurisdictionis voluntaria in contractibus Pupil-  
lorum, minorum, mulierum &c. quinam interponere  
valeant in partibus. **CXV.** §. **47.** pag. **478.**  
Quinam in Urbe. *ibid.* §. **48.**  
Quibus capitulis interponenda, sub peña nullitatis, &  
refectionis dannorum. *ibid.* §. **49.** seq. pag. **274.**  
Decreta in contractibus, renunciationibus &c. Regula-  
rium & Monialium Urbis, solus interponere potest  
Card. Vicarius. *ibid.* §. **22.** pag. **271.**  
Decretum, quod SS. Apostolorum Principes Petrus &  
Paulus Urbis Roma Patroni Principales nuncupentur,  
pag. **157.**  
**DEFENSORES** recurrentium ad Sed. Apost. offendi prohi-  
bentur, sub peña excommunicationis. **XIV.** p. **21.**  
**DEFENSOR MATRIMONII** constitui debet in singulis Dio-  
cesibus, & adesse judicis omnium Casuarum Matrimo-  
nium. **XXXIII.** §. **5.** **6.** pag. **49.**  
In Romana Curia a quo sit eligendus. *ibid.* §. **13.**  
pag. **50.**  
In judicis secundæ instantiæ, quinam esse debeat. *ibid.*  
§. **10.** pag. **50.**  
Defensori Matrimonii salaryum unde constitui debeat. *ibid.*  
§. **12.** pag. **50.**  
Defensor Matrimonii juramentum præstare debet in limine  
judicii, & in suscipiendo officio. *ibid.* §. **7.** p. **49.** & seq.  
In omnibus actibus citari & intimari debet, sub peña  
nullitatis. *ibid.* §. **7.** **10.** pag. **49.** **50.**  
Semper appellare debet a prima sententia pro nullitate  
Matrimonii lata. *ibid.* §. **8.** pag. **50.**  
*Bullarii Romani Contin.* Pars X.

DEFUNCTORUM cultus Christianis Sinen. prohibetur. **LIX.**  
§. **10.** pag. **197.**  
Et de Tabellis eorum nominibus inscriptis. *ibid.*  
**DEI Nomen** apud Sinenes Christianos quale permittatur. **LIX.** §. **10.** pag. **107.**  
**DENUNCIATIONES** Matrimonii sine gravi causa non omit-  
tenda. **XXXV.** §. **5.** pag. **53.**  
Super tria denunciatione Matrimonii non facile dis-  
penfundum. **LXXXV.** §. **11.** **13.** pag. **162.**  
Dispenfandi facultas admittit Nunzio Apostolico in Po-  
lonie Regno commoranti. *ibid.* §. **16.** pag. **162.**  
Denunciationum lex pro contrahendis Matrimonii in  
Serbia & finitimis Regionibus servanda. **LXXXIX.** §. **11.**  
pag. **174.**  
**DEPOSITUM.** V. *Vincula.*  
**DIACONI** Orientalis Ecclesiæ, qui ordinati fuerunt in  
statu coelibi, non possunt Matrimonium contrahere.  
**CXXIX.** §. **36.** **37.** pag. **296.**  
Et, si quod contraxerint, non modo illicitum est, sed  
etiam nullum. *ibid.* §. **38.** **39.** pag. **296.** **297.**  
Diaconi apud Coptos ordinati in infantili ætate, post-  
quam ordinationem suam ratam habuerint, Matrimo-  
nium inire nequeunt. **CXXIX.** §. **40.** pag. **297.**  
Etiam post ejusmodum schisma. *ibid.* §. **41.**  
Quid si in schismate degentes Ordinationem ratam ha-  
buerint, deindeque Matrimonium contraxerint; an  
redeutibus ad Ecclesiam indulgenda sit dispensatio,  
ut Uxores valeant retinere. *Remissive.* *ibid.* §. **47.** &  
seq. pag. **297.**  
Exempla hujusmodi dispensationis. *ibid.* §. **51.**  
**DIGESTA.** V. *Pandecte.*  
**DIGNORES** ad Episcopatus nominandi seu præsentandi  
sunt ab iis, qui legitimam ad hoc facultatem habent.  
V. §. **7.** pag. **8.**  
Dignioris electio. V. *Parochialium provisio.*  
**DIOCESUM** distributio pro Episcopis Maronitis. **XLIII.**  
§. **8.** pag. **68.**  
**DIPLOMATA** Civilibus Romanis expedita cum expressione  
Patriciatus, vel Nobilitatis, contra formam Decreti  
annullantur. **CXLVI.** §. **2.** pag. **338.** V. *Formula.*  
**DISPENSATIONES** nec frequenter, nec sine iusta causa con-  
cedenda, ex Concil. Trid. **XLV.** pag. **73.** **CXXX.**  
§. **12.** pag. **299.**  
Dispensations ab observantia Ecclesiastica disciplina le-  
ibus de causis non concedenda. **LXXXIX.** §. **25.**  
pag. **175.**  
Dispensatum expedientatum ratio. **XLV.** §. **1.**  
pag. **73.**  
Dispensationum *Matrimonialium* cause veraciter exponen-  
da, & ab executoribus omnino verificanda. **XLV.**  
pag. **73.**  
Eorum executores verificare debent causas in Litteris  
expressis. *ibid.* §. **6.** pag. **74.**  
Dispensations Matrimoniales non concedantur occultan-  
tibus Fidei professionem, cum simulatione Mahume-  
tismi. **LXXXIX.** §. **14.** pag. **174.**  
Nec iis, qui Matrimonium contrahere intendunt contra  
formam in Ecclesia statutam. *ibid.*  
Dispensiones Matrimoniales quænam concedi possint a  
Penitentiaria Apostolica. **XCV.** §. **39.** & seq. p. **187.**  
**188.**  
Dispensiones a Dataria nulliter obtenta quomodo re-  
validari possint. *ibid.* §. **41.** pag. **188.**  
Dispensiones super Matrimonio rato, & non consumato,  
quomodo concedenda. **XXXIII.** §. **15.** pag. **51.**  
Dispensatio convalidans in radice Matrimonium incestu-  
rum, quibus in casibus concedatur. **CXIII.** §. **40.**  
pag. **266.**  
Ea obtenta, proles jam suscepta legitima sit. *ibid.*  
Dispensatio cum Neophyti ad effectum contrahendi Ma-  
trimonium cum fideli, absque interpellatione prioris  
Conjugis in infidelitate relieti. **CXVII.** pag. **276.**  
Dispensatio cum Diaconis Ecclesiæ Orientalis, qui Ma-  
trimonium contraxerint post adeptum Ordinem Sacrum,  
in Ecclesia unitatem conversi Uxores valeant reti-  
nere, a Sede Apostolica alias concessa fuit. **CXXIX.**  
§. **51.** pag. **297.**  
Ea obtenta, proles jam suscepta legitima sit. *ibid.*  
Dispensatio super Irregularitatibus reservatur Sedi Apo-  
stolica. **LVII.** §. **7.** pag. **99.**  
G g 2 Dispensatio

- Dispensations ab observantia *Quadragesima* concedenda non sunt, nisi adjecto praecepto de unica comedione, & de non permiscentis epulis. LV. pag. 92. & XCIX. §. 1. pag. 203.
- Dispensatio a *Quadragesimali* jejuno nemini concedatur sine legitima causa, nec Universitatibus absque urgente necessitate. XIX. §. 3. pag. 32.
- Dispensations generales ab observantia *Quadragesima* pro integris Populis concedi nequeunt absque gravi causa. CXXX. §. 10. seq. pag. 299.
- Quæ cause legitima haberi debeant. *ibid.* §. 17. p. 300.
- Non ciborum caritas. §. 18.
- Non militum stationes. §. 19.
- Justa causa reputatur deficiencia piscium, olei &c. §. 21.
- Et morbus epidemicus. 23. pag. 301.
- Medicorum sententia exquirenda, eorum attestations exhibenda. §. 24. 25. pag. 301.
- Alias Dispensatio denegabitur. §. 27. pag. 302.
- Dispensations generales super observantia *Quadragesima*, aliarumque abstinentiarum, pro Communitatibus Patriarchatus Antiocheni, quomodo concedenda. LXXXVII. §. 7. pag. 168.
- Dispensations super *Ritibus* Ecclesiasticis a S. Sede pertendæ sunt, nec, ea inconsulta, ab alio quolibet concedi possunt. CVII. §. 14. pag. 236. & seq.
- Dispensations adversus Ritus, & Canones Ecclesiarum Graecarum, non concedantur a Missionariis Latinis. LXXXVII. §. 19. pag. 169.
- DISTRIBUTIONES** non lucrantur Canonici Choro intercessentes, qui cum ceteris non psallunt. CIII. §. 24. p. 217.
- DISTRICTUS** Urbis ad quadragesimum milliare pertingit. CXV. §. 20. pag. 271.
- Episcopi, & Ordinarii in Districtu Urbis existent, plenam & privatim habent jurisdictionem in suos subditos in prima instantia intra fines suarum Diocesum & Territoriorum. *ibid.*
- Quid competit Card. Vicario Urbis in iis Diocesibus & Territoriis. V. *Vicarius.*
- Quid Curia Capitolina. V. *Capitolina Curia.*
- DIVORTIA** Græcorum, quod vinculum, irritantur, & fieri deinceps prohibentur. LVII. §. 8. pag. 100.
- DOCTORATUS** Laurea in utroque vel altero jure a nomine conferri potest in Urbe, præter Advocatos Confisi. CVI. §. 22. pag. 226.
- Excepto Collegio Protonotariorum Apostolicorum participantium, de quo vide, *ibid.* §. 25. seq. pag. 227.
- Doctoratus in extera Universitate in posterum adeptus non suffragatur ad obtainenda Officia, aut Beneficia in Urbe, & Curia Romana, pro quibus obeiendis requiritur Doctoris gradus. *ibid.* §. 28. pag. 228.
- Exceptis Officiis alicui Nationi, vel Universitati a Sede Apostolica concessis. §. 29. *ibid.*
- DOCTORES** in absentia nulliter promoti de præterito a Collegio Protonotariorum, habilitantur ut hujusmodi gradus eis suffragetur ad omnes effectus; cum prohibitione in posterum. CVI. §. 24. pag. 227.
- Doctores sex quolibet anno creari posunt in Urbe a Collegio Protonotariorum Apostolicorum, etiam non pauperes, neque familiares. *ibid.* §. 25. pag. 227.
- Eorum tamen numerus uno anno non completus reintegrari nequit in subsequenti. *ibid.* §. 26.
- Ipsique promoti non gaudent privilegiis fibi competenter, antequam rogitus corum promotionis in Archivum relatus fuerit. CVI. §. 24. pag. 227.
- DOCTRINA CHRISTIANA** Fidelibus populis tradenda ab Episcopis. XLII. §. 2. pag. 64.
- A Parochis, alisque Animarum Curam habentibus. *ibid.* §. 3. & 4.
- Item a reliquis Ecclesiasticis; a Magistris; a Patribus familias; a sodalibus huic operi addictis, & reliquis invicem Viris & Mulieribus. *ibid.* §. 2. & seq. pag. 64. & seq.
- Doctrina Christiana tradenda est etiam in Ecclesiis ruralibus non Parochialibus. *ibid.* §. 14. pag. 65.
- Doctrina Christiana non solum pueris, sed & Adultis necessaria. §. 8. pag. 65.
- Qua ratione providendum institutioni Fidelium omnis ætatis & gradus. §. 9. & seq.
- Præscribitur uniformitas in methodo & ratione docendi
- Doctrinam Christianam. *ibid.* §. 17. pag. 66.
- DOGMA & Ritus ab Italo-Græcis tenenda & servanda. LVII. per tot. pag. 94. & seq.
- S. DOMINICI *Archiepiscopo* scribitur super legitimatione filiorum ex adulterio procreatorum. CXIII. pag. 260.
- S. DOMINICI *Insula* Habitatoribus quomodo concepta fuerit dispensatio ab observantia *Quadragesimali*. CXXX. §. 22. pag. 301.
- DUBIA circa jurisdictionem Episcopi Laurentani, & Gubernatoris ipsius Civitatis, & Alma Domus, à Summo Pontifice resoluta, pag. 136. & seqq.
- De Episcopi Laurentani jurisdictione in concursu Gubernatoris Decreta edita, & dubia resoluta, pag. 131.

## E

- ECCLESIA** communes esse debent Nobilibus, & Plebeis. CVII. §. 34. pag. 243.
- Ecclesiastarum Germania Secularizatio a quibusdam proposta, in antecessum damnatur, & nunquam toleranda edicitur. XC. pag. 176.
- ECCLESIASTICAS** personas five Collegia trahentes ad Tribunalia Laicalia, excommunicantur. XIV. §. 15. pag. 23.
- Ecclesiastica Officia obtinentes in *Ordine Equestris S. Georgii Mart.*, quomodo jurare debeant circa defensionem Fidei &c. XXXII. §. 5. pag. 48.
- EISTETENS** Episcopo conceditur privilegium elevandi Crucem more Archiepiscorum. CXXXIII. pag. 304.
- ELECTIO DIGNIORIS.** V. *Parochialium collatio.*
- ELECTIO** Jo. Petri Meindarts Pseudo-Archiepisc. Ultrajecten. nulla. LXI. §. 1. pag. 115.
- Electio Hieronymi de Bock Pseudo-Episcopi Harlemensis nulla declaratur. LXI. pag. 115.
- Electio Joannis Van-Stiphout in Episcopum Harlemensem nulla & irrita decernitur. CXXXI. pag. 302. & CXXXVI. pag. 311.
- Electio duorum Patriarcharum Maronitarum a dissidentibus Antifribibus illius Nationis facta, cassatur & annulatur. LXXVII. pag. 146.
- ELEEMOSYNA** pro celebratione Missarum oblate, integræ & fideleriter in id erogandæ. XXII. §. 3. 5. p. 36. 37. V. *Mercimonia.*
- Eleemosyna pro expeditione adversus Infideles collata, ne in aliam quamlibet causam impendantur. LXXXVI. §. 16. pag. 166.
- ELEVATIO** Corporis B. Camilli de Lellis. XLVI. pag. 74.
- S. ELISABETHÆ Vid. Lusitanorum Reginæ virtutes, miracula &c. LI. pag. 84.
- Eius Canonizatio ab Urbano VIII. peracta. *ibid.* §. 26. pag. 89.
- ENERGUMENI** quomodo exorcizari debeant. CXLI. §. 43. pag. 323.
- ENUNCIATIVA** in Lege non habet vim legis. CXIII. §. 35. pag. 266.
- EPISCOPI** omnes excitantur ad sui munieris implementum. II. pag. 3. & seq.
- Episcoporum residencia in certis & fixis Diocesibus necessaria. XLIII. pag. 66.
- Episcoporum delectus Congregationi particulari demandatur. V. pag. 7.
- Et examen cauſarum pro certitudine translatione de una ad aliam Ecclesiam. *ibid.* §. 5. pag. 8.
- Episcopis commendatur Ministrorum delectus. LXXXV. §. 20. pag. 163.
- Episcopi Sacrorum Ministrorum adjumenta petere debent pro recta sursum Diocesum institutione. CXL. §. 5. pag. 316.
- Ipsi exemplo prætere, Dioceses visitare, & in eis residere suadentur. *ibid.* §. 18. pag. 317.
- Episcopi excitantur ad evellendos abusus contra Ecclesiastici jejuniu observantiam invectos. XIX. §. 2. p. 32. & XXVII. §. 3. pag. 40.
- Episcoporum vigilante potissimum commendata est a Concil. Tridentino observantia jejuniorum. CXXX. §. 1. pag. 298.
- Ad Episcopos pertinet publicas preces indicere & designare. LXXXII. pag. 154.

Episco-

- Episcopi, aliqui Ecclesiarum Prælati offendit prohibentur sub pena excommunicationis. XIV. §. 11. pag. 22.
- Episcopi Ecclesiastice Ditionis, quibus honoribus profundi sunt a Gubernatoribus, Prælati, Vicelegatis, & Præsidibus Provinciarum. pag. 28.
- Episcopi Ecclesiastum fvarum relationes qua methodo exhibere debeant Congregationi Concilii, p. 13. & seq.
- Episcorum jurisdictio in Ecclesiis Parochialibus Regularium, & Personas curam animarum subditorum facultatum in eis exercentes. CIX. pag. 149. & seq.
- Et in subditos Ecclesiastum exemptarum ab ipsius jurisdictione & visitatione, ratione residentia ordinaria principalis Superioris Generalis. ibid. §. 16. pag. 252.
- Episcopi jurisdictioni, visitationi, & correctioni subfunt omnes Animarum curam gerentes, vel Sacraenta administrantes in Ecclesiis Regularibus, in his, que ad dictam curam & administrationem pertinent. ibid. §. 2. pag. 250.
- Quod intelligitur de jurisdictione ordinaria, non vero de delegata. ibid. §. 12. pag. 251. V. *Regulares*.
- Episcopus cognoscere potest de vita & moribus Parochi Regularis, nisi exceptis, qua pertinent ad observantiam disciplina Regularis. CIX. §. 8. pag. 251.
- Dicitur præcipue inquirere de omnibus, quæ spectant ad officium Parochi, quorum enumerationem vide. §. 9. 10. ibid.
- Delinquentem Parochum Regularem corrigere potest: in quo cumulativam jurisdictionem habet cum Superiori Regulari. ibid. §. 10.
- Cum præponderantia. ibid.
- Etiam removere, absque consensu Superioris Regularis. ibid. §. 11.
- Parochianos vero Seculares corrigerre & reformare ad Episcopum privative spectat. ibid. §. 10. pag. 251.
- Episcopus quænam visitare possit in Ecclesiis Parochialibus Regularibus. ibid. §. 7. pag. 251.
- Episcopi consensus, & approbatio necessaria sunt, ut Regularis animarum curam assumere queat. CIX. §. 11. pag. 251.
- Etiam in Ecclesiis ab ipsius jurisdictione, & Visitatione exemptis, ratione residentia ordinaria Superioris Generalis. ibid. §. 16. pag. 252.
- Episcopus ministrare potest Sacramentum Confirmationis in Ecclesiis Regularibus, sive Parochialibus, sive non Parochialibus, arbitrio suo. ibid. §. 6. pag. 250. & seq.
- Episcorum, aliorumque Ordinariorum judicio Pontifex multum defert in collatione Parochialium. LXVIII. §. 21. pag. 125.
- Episcopi, aliqui Superiores Prælati non absolvuntur a Penitentiaria Apostolica a Censuris, vigore Litterarum in Cena Domini, publice incurvis. XCV. §. 11. pag. 185.
- Episcopale jus, cum jurisdictione in Clericis, & Populis, non intelligitur cessum Prælato inferiori per verba generalia. LXXVI. §. 12. pag. 144. V. *Prælatus inferior*.
- Episcopi Cardinales Episcopatum suburbicariorum plenam & privativam jurisdictionem habent in prima instantia in suis subditos intra fines suarum Dioecesum. CXV. §. 20. pag. 271.
- Episcopi intra Districtum Urbis. V. *Districtus*.
- Episcopi & Gubernatorum per Ditionem Ecclesiasticam constitutorum controversiae ceremoniales definitiuntur. XVIII. pag. 28.
- Episcorum Latinorum jurisdictione ordinaria in Graecos, & Albanenses in Dioecesis suis commorantes, affectur. LVII. §. 9. pag. 102. V. *Graeci*.
- Episcopi Graeci Latinos ordinare nequeunt, nec Latini Graecos, sub pena suspensionis. LVII. §. 7. p. 99.
- Episcoporum Graecorum-Melchitarum, jurisdictione alteratur adversus attentata Prælatorum Maronitarum. LXXXVII. §. 12. pag. 168.
- Episcopi Regionum Madurens., Mayssur. & Carnaten, jurare debent observantiam Constitut. Apostolic. CVII. §. 17. pag. 239.
- Itemque alia ipsi prescribuntur communiter cum Missionariis. ibid. V. *Missionarii*.
- EPISTOLA Encyclica, & Commonitoria ad omnes Episcopos. II. pag. 3.
- Bullarii Romani Contin. Pars X.
- Epistola Congregationis Concilii nomine scripta, super Concursibus habendis pro collatione Ecclesiastum Parochialium &c. LXVIII. §. 7. pag. 122.
- Epistola Pastoralis Patriarchæ Mediobarbi, qua octo Permissiones circa ritus Sinen. edidit, refertur, & revocatur. LIX. §. 15. pag. 110.
- Epistola Pastoralis Episcopi Pekinenis super observantia permissionum Patriarchæ Mediobarbi, cassantur & annullantur. LIX. §. 19. pag. 111.
- EUCARISTIA in Azymo aut fermentato respective a Latinis, & Gracis Presbyteris ministranda. LVII. §. 6. p. 97.
- Species Sacramenti Eucharistie iterum coqui prohibetur. ibid. §. 6. pag. 97.
- Eucharistia species corruptioni non exponenda, ibid. §. 4. & 5. pag. 96. 97.
- Eucharistia non retinenda Domi, nec deferenda in itineribus. ibid. §. 6. pag. 97.
- Eucharistia quo cultu de loco ad locum deferri debeat. LXXXIX. §. 23. pag. 175.
- Eucharistia Infantibus statim post Baptismum, & pueris in Missa ministrari a Gracis Presbyteris prohibetur. LVII. §. 2. pag. 95.
- EVODIUS Simon, Archiepisc. Damasci, ad Patriarchalem Maronitarum Cathedram transfertur Auctoritate Apostolica. LXXXVIII. pag. 147.
- Eidem transmittitur Pallium. CI: pag. 267.
- EUTYCHETIS heres quando sedem Antiochenam invaserit, pag. 179. & seq.
- EXAMINIS pro collatione Ecclesiastum Parochialium habendi forma. LXVIII. §. 7. pag. 122.
- Examinis forma a Dataria Apostolica servata proponitur Locorum Ordinarii. ibid. §. 7. pag. 122.
- Examinateores judicium ferre debent, non solum de doctrina, sed etiam de aliis qualitatibus requisitis in Parochio. ibid. §. 11. pag. 124.
- Examen iterari non conceditur in judicio Appellationis, nisi ex actis prioris examinis probetur gravamen quoad doctrinam. ibid. §. 7. pag. 123.
- Examinis acta. V. *Appellatio ab irration. judicio Episc.*
- EXCOMMUNICATIONES publicatae in die Cena Domini, & Summo Pontifici reservatae. XIV. per tot. p. 21. & seq.
- EXECUTIO CITATIONUM, seu MANDATORUM CURIA ROMANA impeditri nequit sub penis &c. XLVII. §. 1. 5. p. 75.
- Executionem hujusmodi impidentes, si sint ipsi litigantes, aut intercessi habentes, causa cadunt, & iusta amittunt. ibid. §. 6. pag. 75. & seq.
- Si vero sint Judices, Magistratus, aut alii, Laici excommunicationem, Ecclesiastici suspensionem ab Ord. & Offic. incurunt. ibid. §. 7. pag. 76.
- Notarii exequi reculantes, aut alias impidentes, infamiam, & inhabilitatem incurunt. ibid. §. 8. pag. 76.
- EXECUTORES DISPENSATIONUM verificare debent causas in Litteris expressas. XLV. §. 6. pag. 74.
- EXEMPTI, in causis mercedum & miserabilium personarum, subiiciuntur jurisdictioni Ordinariorum. LXVIII. §. 41. pag. 80.
- Et in omnibus, ubi Judicem particularem non habeant. ibid.
- EMPTIO passiva non tribuit jurisdictionem activam. LXVII. §. 9. 10. pag. 144.
- EXEQUATUR, seu Beneplacitum Ministrorum, Baronum &c. non requiritur, nec apponi permititur in Citationibus, Mandatis &c. Curia Romana. XLVII. §. 1. 5. pag. 75.
- Exequatur Judicis particularis non requiritur pro executione Mandatorum contra Patentatos fer. fer. relaxat. ab alio Judge competenti. CXV. §. 31. pag. 272.
- EXEQUIA Cardinalium quomodo celebrandæ. XXXVII. pag. 56. & seq.
- EXERCITIUM RELIGIONIS. V. *Occultatio fidei*.
- EXERCITIA SPIRITUALIA quotannis peragi debent a Parochis & Confessariis. II. §. 3. pag. 3.
- EXORCISMI in Sacris Ecclesiis Libris non relati, non admittantur. LXXXIX. §. 18. pag. 175.
- Exorcizandi ratio in Rituali Romano præscripta exacte servari jubetur. CXLI. §. 43. pag. 323.
- EXORCISTATUS conferendus est Subdiacono, Diacono, & Presbytero Graeco, qui ritu Latino ad Diaconatum Presbyteratum, aut Episcopatum sint promovendi. LVII. §. 7. pag. 98.

- E X P L O R A T I O V O L U N T A T I S** perseverandi in Ministerio Ecclesiastico. V. *Ordinatus in infamili etate.*  
**E X P L O R A T I O V O L U N T A T I S** *Matrimonia* contrahentium a Parochio facienda. LXXXV. §. 10. pag. 161.
- E X T R A C T I O** Rei inquisiti, vel damnati, a loco immuni in casibus &c., si Clericus sit, fieri potest a Curia Episcopali ex officio, si Laicus, nonnisi ad instantiam Curie Sacularis. LXXXVIII. §. 5. pag. 171.
- Ad Extractionem inquisiti a loco immuni, in casibus &c., procedi potest, habitis indicis delicti sufficientibus ad torturam. *ibid.*
- Ad Extractionem verò Banniti, seu damnati in contumaciam, in simul casibus, visa sententia contumacialis, & actis, quibus illa fundatur, *ibid.* §. 6. pag. 171.
- Extractionis & traditionis denegatio, aliaque decreta super eius competencia, allegari nequeunt in judicio super executione sententiae &c. LXXXVIII. §. 6. pag. 171. 172.
- V. *Immunitas.*
- E X T R A C T U S**, sive Regestum. V. *Notarii.*
- E X T R E M A U N C T I O** quo ritu exhiberi debeat a Græcis Presbyteris. LVII. §. 5. pag. 97.
- F
- F A B R I C A** Basilica S. Petri. V. *Patentati.*
- F A B R I C E R I I** duo, ex Nobilium Romanorum Cœtu assumendi, pro conservatione ædificiorum publicorum Urbis, a SS. D. N. instituti. CXLVI. §. 11. pag. 601.
- F A C U L T A T E S** Officii Pœnitentiarii, & Majoris Pœnitentiarii. V. *Pœnitentiarii Majoris facultates.*
- F A L S I F I C A N T E S** Litteras Apostolicas & supplicationes signatas, excommunicantur. XIV. §. 6. p. 21. 22.
- F A L S I T A S** in expositione facti expressa, punienda est ad formam juris. XLV. §. 5. pag. 74.
- F A M I L I A R E S** Episcoporum quinam gaudere debeant privilegio Fori. LXXXVIII. §. 1. pag. 170. & §. 9. pag. 172.
- F A M I L I A R U M** in Civium Nobilium Romanorum Tabulas admissarum nomina, pag. 342.
- Le **F E B R E**. V. *Noëlenis.*
- F E R R A R I A** Civitas unum locum habet in Collegio Advocator. Consist. ex concess. Clem. VIII. ab Urbano VIII. confirmata & auct. &c. CVI. §. 3. p. 223.
- F E S T I D I E S** pie & religiose celebrandi. LX. §. 5. p. 114. Festi dies in pietatis operibus, non in negotiis facultibus transigendi. CXLIV. §. 17. p. 332.
- Festi dies non omnes aquæ solemnes, *ibid.* §. 7. p. 331. Festorum dierum observantia æstiori præcepto in Legi veteri injuncta, quam nunc fit Ecclesiasticis Legibus. *ibid.* §. 10. pag. 331.
- Festis diebus prohibentur Mercatus rerum Venalium; Nundinæ verò tolerantur sub certis conditionibus. CXLIV. per tot p. 329. & seq. V. *Nundinæ.* V. *Mercans.* Festis diebus tempore Nundinarum occurrentibus, Divinorum Officiorum tempore, ab operibus servilibus abstineri, & religioni ac pietati operam dari præcipitur. CV. §. 2. pag. 221.
- Festorum dierum immunitio communiter experita, absque Episcoporum consensu a Pontifice non statuetur. CXLIV. §. 1. seq. pag. 330.
- Festorum dierum reduc̄to pro nonnullis Diœcesibus Hispania. LXII. pag. 116.
- Festorum dierum reduc̄to pro Diœcesi Nicien. cum conditionibus opportunis. CXXVIII. pag. 291.
- Festi dies æstivis Mensibus occurrentes infra hebdomadas, ad dies Dominicos transferuntur, pro nonnullis locis Regni Polonia, ob agriculturæ necessitatem. CXXXVIII. pag. 313.
- Excepto festo Assumptionis B. M. V. *ibid.*
- Et nihil immutato, quoad ordinem Divinorum Officiorum. *ibid.*
- Festi dies in Ecclesiis non Parochialibus ita celebrandi, ut non avertatur Populus ab Ecclesia Parochiali. XLII. §. 15. pag. 65.
- Festi dies Ecclesiæ Latinae observari debent a Græcis de gentibus in Italia & Insulis adjacen. LVII. §. 9. pag. 101.
- Festorum dierum distributio per annum juxta Kalendarium Gregorianum ab Italo-Græcis servanda. *ibid.*
- F I D E I** Christianæ occultatio cum simulatione Mahometani damnatur. LXXXIX. §. 3. pag. 173.
- V. *Occultatio Fidei.*
- In Fidei Causa conniventia locus esse nequit. CXIV. §. 5. pag. 267.
- Fidei professio. V. *Professio.*
- Fides plurim mysteriorum explicita requiritur necessitate mediæ; aliorum verò necessitate præcepti. XLII. §. 1. pag. 64.
- Fides futuri Matrimonii. V. *Promissio.*
- F I L I I** ex Matrimonio occultis nati, fraudari nequeunt bonis paternis & avitis. XXXV. §. 9. p. 54.
- Fili natu ex soluto & soluta legitimantur per subsequens Matrimonium. CXIII. §. 2. pag. 260.
- V. *Matrimonium.*
- Fili generati ex adulterio, & nati constante Matrimonio, non legitimantur per subsequens Matrimonium. CXIII. §. 3. & per tot. p. 261. seq.
- Quid si generati ex adulterio, nati sint post mortem legitime Uxor. *ibid.* §. 3.
- In dubium favendum Proli. *ibid.* §. 4.
- Fili natu ex incestu legitimantur, accidente dispensatione in radice Matrimonii. CXIII. §. 40. p. 266.
- Quid requiratur ad concedendam hujusmodi dispensationem. *ibid.*
- Fili Græcorum. V. *Latinizantes.*
- Fili Maluerum Christianarum, ex Turcarum contubernio geniti, quando ad baptismum admitti debeant, nec ne. LXXXIX. §. 8. pag. 174.
- Si baptizentur, curandum est, ut in Religione Christiana instruantur. *ibid.*
- Filioque, Particula in Symbolo. V. *Spiritus Sancti Processio.*
- F I R M A N A** Civitatis, & Comitatus Gubernium Congregationi particulari demandatur. IV. pag. 5.
- Firmæ Congregationis nova forma constitutur. *ibid.*
- Firmæ Congregationis nova cognoscit causas civiles per appellationem ad Urben delatas. XLIV. §. 18. p. 72.
- F O R I P R I V I L E C I O** non gaudent in causis homicidii Clerici in minoribus, non servantes præscripta Concilii. *ibid.* §. 2. pag. 170.
- Nec etiam post expletam delicti poenam habitum Clericalem reassumere possunt. *ibid.*
- Simplices verò Tonfurati, non Beneficiati, etiam servantes præscripta Concilii, Fori privil. privandi sunt pro duobus homicidiis præmeditatis. *ibid.*
- Fori privilegio non gaudent Patentati in causis homicidii, exceptis Patentatis S. Officii, & Ordinariorum. LXXXVIII. §. 1. pag. 170. V. *Patentati.*
- Fori & Conservatoria privil. confirmatur Universitatii Avenionensi pro Professoribus, Doctoribus, Scholaribus, aliisque eidem Universitatii addic̄tis. CXLII. pag. 324.
- Idque in causis Civilibus passiis in prima instantia. *ibid.* §. 15. pag. 576.
- Et in Criminalibus leviioribus tam actiis, quam passiis. *ibid.* §. 16.
- Reservatis gravioribus Vice-Legato, ejusque Congregationi. *ibid.* §. 17.
- Fori variatio. V. *Cause jam contestata.*
- Formula publicarum precum ab Ecclesiastica auctoritate designandæ. LXXXII. pag. 154.
- Formula juramenti præstandi ab Abbaribus, aliisque inferioribus Prælatis Ordinariam jurisdictionem habentibus, super visitatione Sacrorum Liminum, VII. §. 11. pag. 12.
- Formula professionis Fidei a Patriarcha Maronitarum facienda. LXXVIII. §. 5. pag. 148.
- Formula juramenti a Patriarcha Maronitarum emittendi. LXXVIII. §. 6. pag. 150.
- Formula juramenti super observantia Constitutionum Apostolicarum de Ritibus Sinenibus. LXVII. pag. 121.
- Formula juramenti ab Episcopis & Missionariis Regnor. Madur, Maysur, & Carnat. præstandi. CVII. §. 7. pag. 239.
- Formula juramenti præstandi ab Officialibus & Ministris Pœnitent. Apostolica. XCVI. §. 22. pag. 129. & seqq.
- Formula Diplomatū expedien. in Creatione Civis Romani. CXLVI. §. 18. pag. 325.
- Formula Diplomatū expedien. in creatione Nobilis Romani. CXLVI. §. 19. pag. 325.

Formula Decretorum expedient in receptione Nobil. Romani Conscripti. CXLVI. §. 20. pag. 325.

FRANCISCANI Missionarii in Aegypto laborantes laudantur. CXXIX. §. 2. pag. 293.

Franciscani spiritus quoad jurisdictionem Parochorum, ex documentis S. Francisci, & S. Bonaventurae. ibid. §. 15. pag. 294.

Franciscani Observantes Missionarii a quibusdam Ecclesiis, & Missionibus Coccinellina discedere bentur, decreto Visitatoris Apostolici. CXI. §. 7. pag. 256.

Appellant ad S. Sedem. §. 9. pag. 257.

Decreta prius confirmata revocantur, ipsique in pristinum restitutur. §. 11. pag. 258.

Adiecta lege conservandi Missiones sibi adjudicatas, eaque non deserendi &c. ibid. §. 15. pag. 259.

Tisque permittitur praedicare in Regnis Ciampae & Cambodiae, non tamen aliis exclusis. CXI. §. 16. pag. 259.

V. Minorita.

FRUCTUS. V. Usura. V. Mutuum.

Fructus Beneficiorum. V. Cessiones commodi exigendi.

Fructus male percepti non condonantur a Penitentiaria Apostolica in casibus publicis; quomodo autem in occulis. XCV. §. 24. pag. 186. V. Redditi Ecclesia.

FUNCTIONES solempnes Graecos Ritu in Ecclesiis Latinis fieri prohibentur, absque licentia Ordinarii, & viceversa. LVII. §. 9. pag. 102.

FUNICULUS ex superstitione filorum numero compositus, & croco dilinitus, Christianis Mulieribus interdictus. CVII. §. 3. 14. pag. 231. & 235.

FURTUM Hostie consecrata. V. Surripientes.

## G

GABELLAS, & Pedagia nova imponentes, excommunicantur. XIV. §. 5. pag. 21.

GALLIARUM Regis pacifica consilia laudantur & promoventur. CXXIV. pag. 288.

Gallicana Ecclesia concordia fere restituta. CXXIV. §. 2. pag. 289.

Galli Missionarii. V. Parisiensis Seminarii.

GENERALES Ordinum Superiores alii ad vitam, alii ad plures, aut pauciores annos. CXXVI. §. 1. pag. 289.

